



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt nullus presbyter solus Missam cantare presumat. Ixviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMACI

Vt nullus presbyter solus Missam cantare presumat.

Caput LXVIII.

*Ex concil.
Häneresi,
cap. 30.*

Definiuit sanctum concilium, vt nullus presbyter solus presumat Missam cantare. Cui enim dicit, Dominus vobiscum, aut sursum corda, aut gratias agamus domino Deo nostro, cum nullus sit qui respondeat? Aut in canone, & omnium circumadstantium, quum nemo sit? Aut quem inuitat ad orationem, cum dicit: Oremus, quum nullus sit qui secum oret? Aut ergo ista penitus relicta sunt, & non solum non erit perfectum sacrificium, verumetiam incurreret quisquis ille est illam terribilem sententiam, quis tulerit de hoc, tollat Deus partem eius de libro vite, aut si hæc muris & parietibus infurrauerit, ridiculosus erit. Quæ propter illa periculosa superstitio maxime ad monasteriis monachorum exterminanda est. Præuideant autem prelati, vt presbyteri in cœnobiis & in aliis Ecclesiis cooperatores habeant in celebratione Missarum, quis hæc transgressus fuerit, ab officio suspendatur.

*Incipiunt decreta secundi Pelagij papæ,
successoris Benedicti, & antecessoris Gregorij papæ.*

De præfationibus quas sancta Romana Ecclesia celebrat, & firmiter tenet. Cap. LXIX.

*Ex decre.
Pelagij
1 papæ.*

Pelagius Romanæ Ecclesiæ & apostolicæ sedis episcopus, vniuersis Germaniarum atque Galliarum regionum episcopis. Quum in Dei nomine in Romana Ecclesia synodum episcoporum siue cæterorum consecratorum Dei fidelium congregatam habuissemus, & de Ecclesiasticis statutis, vt sunt ab apostolis & à sanctis patribus tradita, diligentius tractarem, superuenere literæ vestre, & vt magis essent autoritatiue, etiam viuæ voces processerunt, rogantes vt ordinem præfationum quæ sancta Romana Ecclesia hæctenus haberet, nostris literis vobis mandarem. Tunc de vestra voluntate & studio tanto non multum gauisi sumus, sacrum ordinem Romanum præfationum, & quæ constituta nostrorum antecessorum solerter reagentes, inuenimus has nouem præfationes in sacro cano-